



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De vitijs oppositis perseuerantiæ. Quæstio 138.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Ad secundum dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. de Cor. & gratia *, Primo homini datum est, non ut perseveraret, sed ut perseverare posset per liberum arbitrium: quia nulla corruptio tunc erat in humana natura, quæ perseverandi difficultatem præberet. Sed nunc prædestinatis per gratiam Christi, non solum datur, ut perseverare possint, sed ut perseverent. Unde primus homo nullo terrente contra Dei terrentis imperium libero usus arbitrio, non stetit in tanta felicitate cum tanta non peccandi facilitate. Isti autem seculente mundo ne starent, steterunt in fide.

ca. 11. in me. 10.7.

Ad tertium dicendum, quod homo per se potest cadere in peccatum, sed non potest per se resurgere a peccato sine auxilio gratiæ. Et ideo ex hoc ipso quod homo cadit in peccatum, quantum de se est, facit se in peccato perseverantem, nisi gratia Dei liberetur. Non autem ex hoc quod facit bonum, facit se perseverantem in bono, quia de se potens est peccare: & ideo ad hoc indiget auxilio gratiæ.

QVÆSTIO CXXXVIII.

De vitijs oppositis perseverantiæ, in duos articulos divisa.

Deinde considerandum est de vitijs oppositis perseverantiæ.

¶ Et circa hoc quærentur duo.

¶ Primo, de mollicitie.

¶ Secundo, de pertinacia.

ARTIC. I.

Utrum mollicities opponatur perseverantiæ?

677

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod mollicities non opponatur perseverantiæ. Quia super illud 1. ad Corinth. 6. Neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores: glossa * exponit molles, id est, pathici, hoc est, muliebria patientes. Sed hoc opponitur castitati. Ergo mollicities non est vitium oppositum perseverantiæ.

Inf. a 2. cor.

gl. interlin. ibi.

¶ 2. Præterea, Philosophus dicit in 7. Ethicor. * quod delicia mollicities quædam est. Sed esse delicio-

ca. 7. 10. 5.

sum

fum videtur pertinere ad intemperantiam. Ergo molli-
tates non opponitur perseverantiae, sed magis tem-
perantiae.

li. 7. eth. ¶ 3 Præterea, Philosophus ibidem * dicit, quod
ca. 7. post lufius est mollis. Sed esse immoderate lufium op-
me. 10. 5. ponitur eutrapeliæ, quæ est virtus circa delectatio-
¶ c. 8. t. 5. nes ludorum, ut dicitur in 4. Ethic. † Ergo molli-
tates non opponitur perseverantiae.

* *c. 7. t. 5.* SED contra est, quod Philosophus dicit in 7. Ethic.
quod molli opponitur perseverantius.

q. præc. RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum
a. 1. c. 2 est *, laus perseverantiae in hoc consistit, quod ali-
quis non recedit à bono propter diuturnam toleran-
tiam difficultum, & laboriosum: cui directe videtur
opponi, quod aliquis de facili recedat à bono propter
aliqua difficulta, quæ sustinere non potest. Et hoc per-
tinet ad rationem molli-
tatis. Nam molle dicitur quod
facile cedit tangenti. Non autem iudicatur aliquid
molle ex hoc quod cedit fortiter impellenti: nam
& parietes cedunt machinæ percurrenti. Et ideo non
reputatur aliquis mollis, si cedat aliquibus valde gra-
viter impellentibus. Vnde Philosophus dicit in 7. * Ethic.

cap. 7. à quod si quis à fortibus, & superexcellens delecta-
me. 1. 5. tionibus vincitur, vel tristitijs, non est admirabile,
sed condonabile, si contrahatur. Manifestum est au-
tem, quod gravius impellit metus periculorum, quam
cupiditas delectationum. Vnde Tullius dicit in 1. de
Offic. * Non est consentaneum qui metu non franga-
tur, eum frangi cupiditate; nec qui inuictum se à la-
bore præstiterit, vinci à voluptate. Ipsa etiam volu-
ptas fortius movet attrahendo, quam tristitia de-
carentia voluptatis retrahendo: quia carentia volup-
tatis est purus defectus. Et ideo secundum Philosophum
proprie mollis dicitur, qui recedit à bono propter
tristitias causatas ex defectu delectationum, quasi ce-
dens debili mouenti.

si. 1. in c. Ad primum ergo dicendum, quod prædicta molli-
Verama tates causatur dupliciter. Vno modo, ex consuetudine
gnanimitas Cum
tas in duo
bua sita
est.
li. 7. eth.
c. 7. à me.
elicitur
10. 5.

Ad primum ergo dicendum, quod prædicta molli-
tates causatur dupliciter. Vno modo, ex consuetudine
Cum

Cùm enim aliquis consuetus est voluptatibus frui, difficilior potest earum absentiam sustinere. Alio modo, ex naturali dispositione, quia videlicet habet animum minus constantem propter fragilitatem complexionis. Et hoc modo comparantur feminae ad masculos, ut Philosophus dicit in 7. Ethic.* Et ideo illi qui muliebria patiuntur, molles dicuntur, quasi muliebres effecti.

l. 7. c. 7. a
m. 5.

Ad secundum dicendum, quod voluptati corporali opponitur labor. Et ideo res laboriosa tantum impediunt voluptates. Deliciosi autem dicuntur, qui non possunt sustinere aliquos labores, nec aliquid quod voluptatem diminuat. Unde dicitur Deuter. 18. Tenebra mulier, & delicata, quae super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter molliem. Et ideo delicia mollium quaedam est. Sed mollium proprie respicit defectum delectationum, delicia autem causam impeditivam delectationis, puta, laborem, vel aliquid huiusmodi.

Ad tertium dicendum, quod in ludo duo est considerare. Vno quidem modo delectationem: & sic inordinate lusuus opponitur eutrapelia. Alio modo in ludo consideratur quaedam remissio siue quies, quae opponitur labori. Et ideo sicut non posse sustinere laboriosa, pertinet ad molliem, ita etiam nimis appetere remissionem ludi, vel quamcumque aliam quietem.

ARTIC. II.

Utrum pertinacia opponatur perseverantiae?

678

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod pertinacia non opponatur perseverantiae. Dicit enim Gregorius trigessimoprimo Moralium*, quod pertinacia oritur ex inani gloria. Sed inanis gloria non opponitur perseverantiae, sed magis magnanimitati, ut supra dictum est. Ergo pertinacia non opponitur perseverantiae.

l. 31. c. 3.

q. 132. a.

2.

¶ 2. Praeterea, si opponitur perseverantiae, aut opponitur ei per excessum, aut per defectum. Sed non

Sec. sec. vol. iij.

K oppo-

lib 7 c. 9.
ans me.
19. 5.

opponitur ei per excessum, quia etiam pertinax cedit
aliqui delectationi & tristitia: quia, ut dicit Philoso-
phus in 7. Ethicor. * Gaudent vincentes, & tristantur
si sententia eorum infirma appareant. Si autem per
defectum, erit idem quod mollicies: quod patet esse
falsum. Nullo ergo modo pertinacia opponitur per-
seuerantia.

¶ 3. Præterea, sicut perseuerans persistit in bono
contra tristitias, ita continens & temperatus contra
delectationes, & fortis contra timores, & mansuetus
contra iras. Sed pertinax dicitur aliquis ex eo quod
nimis in aliquo persistit. Ergo pertinacia non magis
opponitur perseuerantia, quam alijs virtutibus.

l. 2. de in-
uentione
in f. 4. an
te f. l. b.
* q. 92. a.

SED contra est, quod Tullius dicit in sua Rhetor.
quod ita se habet pertinacia ad perseuerantiam, sicut
superstitio ad religionem. Sed superstitio oppo-
nitur religioni, ut supra dictum est*. Ergo & perti-
nacia perseuerantia.

1.
* l. 10. c.
15. et in-
cipit. Pru-
dis quasi
parū an-
te med.
† l. 7. c. 9.
10. 5.
* ischy-
rognomo-
nes.
† idiogno-
mones.

RESPONDEO dicendum, quod sicut Isidorus
dicit in lib. Etymol. * pertinax dicitur aliquis qui est
impudenter tenens, & quasi ad omnia tenax. Ethic.
idem dicitur perucax, eo quod in proposito suo ad
victoriam perseuerat. Antiqui enim dicebant vitiam
quam nos victoriam. Et hos Philosophus vocat in 7.
Ethic. † ischyrognomones, id est, fortis sententia: vel
† idiognomones, id est, propria sententia: quia scilicet
perseuerant in propria sententia plus quam oportet.
Mollis autem minus quam oportet: perseuerans autem
secundum quod oportet. Vnde patet quod perseueran-
tia laudatur sicut in medio existens: pertinax autem
vituperatur secundum excessum medijs: mollis autem
secundum defectum.

q. 127. a.
2. ad 1. et
q. 133. a.
2.

Ad primum ergo dicendum, quod ideo aliquis
persistit in propria sententia, quia per hoc vult
suam excellentiam manifestare. Et ideo oritur ex in-
iustitia gloria sicut ex causa. Dicitur autem supra
quod oppositio vitiorum ad virtutes non attenditur
secundum causam, sed secundum propriam speciem.
Ad

Ad secundum dicendum, quod pertinax excedit quidem in hoc quod inordinate persistit in aliquo contra multas difficultates: habet tamen aliquam delectationem in fine, sicut & fortis, & etiam perseverans. Quia tamen illa delectatio est vitiosa, ex eo quod nimis eam appetit, & contrariam tristitiam fugit: affimilatur incontinenti vel molli.

Ad tertium dicendum, quod alia virtutes, etsi persistent contra impetus passionum, non tamen proprie laus earum est ex persistendo, sicut laus perseverantia. Laus vero continentia magis videtur ex vincendo delectationes. Et ideo pertinacia directe opponitur perseverantia.

QVÆST. CXXXIX.

De dono fortitudinis, in duos articulos divisa.

Deinde considerandum est de dono, quod respondet fortitudini, quod est fortitudinis donum.

¶ Et circa hoc quaeruntur duo.

¶ Primo, utrum fortitudo sit donum?

¶ Secundo, quid respondeat ei in beatitudinibus, & fructibus.

ARTIC. I.

Utrum fortitudo sit donum?

679

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod fortitudo non sit donum. Virtutes enim a donis differunt. Sed fortitudo est virtus. Ergo non debet poni donum.

3. dif. 34.

¶ 2. Præterea, Actus donorum manet in patria,

q. 1. a. 2.

ut supra habitum est. Sed actus fortitudinis non

cor. col. 2.

manet in patria. Dicit enim Gregor. in 1. Moral.

fr. et q. 3.

quod fortitudo dat fiduciam trepidanti contra ad-

a. 1. q. 1.

versa, quæ nulla erunt in patria. Ergo fortitudo non

* 1. 2. q.

est donum.

68. ar. 6.

¶ 3. Præterea, Aug. dicit in 2. de Doct. Christ. * q.

† lib. 1. c.

fortitudinis est ab omni transeuntium mortifera iucun-

32. ante

ditate seipsum sequestrare. Sed circa noxias iucunditates,

medium.

seu delectationes magis consistit temperantia,

* 1. 2. c. 7.

quam fortitudo. Ergo videtur, quod fortitudo non sit

in med.

donum respondens virtuti fortitudinis.

10. 3.

¶ 2 SED